

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Simonia h  
cum fonte primo

Symonie heresis contagium iam olim  
in Balaam pululavit qui diuinationis  
precio proposito ad maledicendum  
populum Dei perrexit.

Dehinc huius duo leguntur  
auctores emersisse, alter sub  
prophetica, alter sub apostolica  
doctrina. Primus Gyezi magister  
esse uendencium,  
deinde Symon uidetur emptorum.

Horum autem sectatores  
sicut non sunt in errore diuersi,  
ita nec in dampnatione diuisi.

Hugo libro II. de sacramentis parte X.  
capitulo II.

Simoniacae haeresis contagium iam olim  
in Balaam pullulavit, qui diuinationis  
pretio proposito ad maledicendum  
populum Dei perrexit (Num. 22).

Dehinc hujus haeresis duo leguntur  
auctores pestilentes emersisse: alter sub  
prophetica, alter sub apostolica  
doctrina. Prius Giezi magister  
esse vendentium (IV Reg. v),  
deinde Simon auctor videtur emptorum  
(Act. VIII).

Horum autem, ut dictum est, sectatores,  
sicut non sunt in errore diversi,  
ita nec in damnatione discreti.

Hugo de sancto Victore, *De sacramentis  
Christiane fidei*, 2, 10, 2 (PL 176,  
col.477C-D).